

B. N. II, 49.
h. 718.

X 1903668



DEO.
ET. SUPERIORIBUS,
ANNUENTIBUS,
DISPUTATIONEM.
HISTORICO-POLITICAM.
DE.
PATRIMONIO.
D. PETRI.

HABEBUNT.
IN. CELEBERRIMA. ACADEMIA.
LIPSIENSI.
PRÆSES.

M. JO. ULRICUS WYDE.
ARGENTORATENSIS.

ET.

RESPONDENS.
JOH. GEORGIUS. BÖRMER.
DRESDENSIS.

AD. D. XXVI. SEPTEMB.

H. L. Q. S.

LIPSIÆ,
LITERIS. SAMUELIS. SPÖRELI.
ANNO. M. LXVI.





Σὺν Θεῷ.

Dissertationis de Patrimonio PETRI.

CAPUT I.

Duo pramonita 1. Inscriptionis explicatio. 2. Grefseri ineptia. 3. Papatus fundamentum. 4. AntiChristi primitia Victor. 5. Stephanus, mos Papa pedes oscul. Sylvester. 6. Marcus, Damasus & alii. Discordia Occid. & Orient. Ecclesia. 7. Incrementum papatus cepit per indulgentiam Imp. 8. Titul. Episcop. Rom. & Constant. 9. Carolus M. liberalis in Papam. 10. Papa residentia. fraudes in possessionibus comparandis. 11. in Principibus decipiendis. Mathildis donatio. Avenionensis status. 12. Jurispratenfis. 13. Divitia. 14. arrogans liberalitas. 15. horrenda arrogantia. 16. Repetitio patrimonii 17.

I.



Uo in frontispicio pramonenda esse putamus. Primum est, ne quis vitio nobis vertat, quod hanc à Viris gravissimis passim tractatam materiam, dissertationis Academicæ loco elegerimus. Arrisit enim præ aliis ejusmodi Argumentum, quod dignitate, necessitate, jucunditate ac utilitate omnibus sese comendaret; licet difficultate insigni, ac invidia non careat. Eam enim Bonorum Auctorum evolutio, & Præceptorum via informatio aliquo modo nobis exemit; hanc verò veritatis & virtutis studiosus nunquam declinare potest.

2. Alterum quod præmittere volumus, inscriptionem nostræ dissertatiunculæ concernit, quæ est de Patrimonio S. Petri. Reperies passim apud scriptores, variè hanc vocem sumi. Quidam, quicquid Pontifex Rom. à D. Petro se accepisse jactitat, sive potestatem, sive dignitatem, sive bona spectes, sub hoc nomine comprehendunt, Quidam partem aliquam Regionum Pontificiæ Potestatis, eam nim. quam ex donatione Mathildis possidet, & quæ

A 2

ho.

hodie in mappis Geographicis Patrimonium Petri audit (α), hoc
α) vid. App. titulo insigniant. Neutra pars suis destituta est rationibus, quas in
Reip. Rom. rem suam proferre potest

P. Sciv. p.
§ 97 seq.

3 Audiendus verò hic planè non est Ies. Gretserus, qui in
de *Manificentia Principum erga sedem Rom.* id quodq; ad patrimonium
Papale refert, quod passim in toto orbe S. Petro consecratum &
dicatum est, ita enim omnia templa, monasteria &c. D. petro in-
scripta, Papæ essent, quòd certè nemo inter Pontificios ipsos Pau-
ci, admittent. Nobis placuit eos sequi, qui mediam inter illos te-
nent viam, & *Patrimonium Petri* id vocant, quicquid regionum Italia
hodie Papa possidet, quod vel divino jure, vel donationis, vel em-
ptionis &c. habere gloriatur. Continebimus verò nos inter duas
quæstiones FACTI & JURIS.

4 Cum verò omnis *παπποκαουσαείας* sit *πρωτον* & *εὐτ*
primatus ordinis & potestatis, quem Præsul Rom. à D. Petro succes-
sionis jure se hereditasse fingit, sicco pede, si rem ex fundamen-
to tepetere volumus, præterire non possumus, sed in illum omni-
no paucis vero, tanquam in basin ædificii, nobis inquirendum

β) vid. Lud. est. Regni alicuius maiestas haud ultima est antiquitatis gloria,
A. Perusinus, quam ex remotis satis seculis pro se Pont. R. deducit. Siquidem
Caron. epit. fundatorem auctoritatis ac potestatis suæ S. Petrum Ap. J. C. Serv-
ad ann. Eb. vatoris N. esse imperitis persuadere conatur. Hinc post glorio-
44. p. 18. sam Servatoris ad dextram Patris ascensionem, anno XI. seu II.
Claudii Imp. Rom. post Ecclesiæ Antiochenæ foundationem, Ro-

γ) vid. Pa- mam venisse, communis Pontificiorum est sententia (β). Quam-
patum Rom. diu vero ibi vixerit, penes omnes non æquè constat, sed in hoc
ab Anonym. conspirant omnes, sedem Episcopalem & principalem æquidem
Londini 1017. in urbe fixisse, ipsumq; primum fuisse Episcopum. Etsi vero iam
editum, & Apostolorum tempore *AntiChristus Roma* per varias hæreses jam
Regi Jacobo concipi cœperit, duo tamen priora secula Apostolica & sancta
Ang. dicatū appellare possis, dum Episcopi Rom. suis officiis graviter functi
c. 4 p. 42. omnem *πολυπραγμοσύνην, ἀλλοτριο επισκοπίαν*, ac ambitio-
Jacob Cap- nem, variis persecutionibus exercitati, fugientes *Αρχιεπισκόπος*
p. ll. in vin- J. Ch. gloriam unicè quærebant, ac promovebant, quamquam
dic. contra haud raro humani quid intercederet, quod tamen facile veniam
Bull. de Pot. impetrat (γ).

Sed Rom. l.

l. 6. l. 2. 13.

5. Verùm hanc Ecclesiæ felicitatem curvus
ille serpens ferre non poterat, sed prima discordiæ se-
mina

mina Ecclesie insperfit, ac parturientem AntiChristum eminus ostendit occasione controversie, de tempore celebrandi paschatis servando, sub finem sec. II. quam Victor P. R. vi & αὐτοκρατορικῆν auctoritate decidere, ceterasq; Eccles. omnes disidentes, excommunicare, & multa insolenter facere volebat, cui tamen à cæteris fortiter repugnabatur, ut tum temporis Episcopi Rom. præ aliis, nullum præ eminentiæ gradum habuerint, quicquid Bellarm. objiciat (d) Hic, equidem tum Annalium conditor *Baronius*, tum Bellarm. multis argumentis probare volunt, jam tum Victorem, Episcopum Episcoporum audivisse, item Sixtum I. Ecclesie Apostolica Universalis Episcopum dictum fuisse, specioso primatus argumento. Verum illud nulla quam supposita scripta probant; Hoc verò nomen aliis Episcopis quoq; concessum fuisse multis Exemplis luculenter probant, *Morn. l. c. Salmasius in Appar. pasch.*

6. *Stephanus Episcopus Rom.* non segnior in primatu quærendo, aliis sua madata ac imperia obtrudere conabatur; sed inter plures acerrimum Apostolicæ libertatis vindicem sentiebat *Cyprianum*. (e) Mireris autem adulatorum Papæ morè pedes ejus exosculandi (de quo erudito *Capell. l. c. l. 1. c. 24. p. 199.* in hæc referre tempora, de ficta quadam *Præpedigna* [ζ] Maximè verò primatus & potestatis cupiditas gliscebat tempore *Sylvestri* quo *Constantinus* 14. *Imperator* ad Christianissimum conversus, juxta Papularum figmentum, nō solum *Sylvestro* eiusq; successoribus principatum suum per 4. Patriarchus, *Alexandrinum, Antioch. Hierolymitanum & Constantin.* sed & super omnes in universo orbe terrarū Ecclesias, concessisse, quæ in æqualem Imperialem Potestatem; maiorem Principi deniq; dedisse fertur. Quicquid autē sit de opibus affatim Ecclesie per *Constantinum* affusis; Verè etiam vox illa tum temporis cœlitus emissa sit: *hodie affusum est venenum in Ecclesiam*; verò numero Christianorum aucto, auroq; instructa Ecclesia, res eius in peiorum statum detrusa est. Ab eo enim tempore Episcopi Rom. variis artibus ac dolis omnibus sese præferre ac imperare con- studebant, ut multi è Patribus, *AntiChristum Roma* digitis quasi monstraverint (n) Longius foret recensere de singulis, ac à scopo nostro alienum. *ὡς ἐν πῖνᾶ*. tantum quædam.

7. In IV. sec. plurima iura ac privilegia rapiebat *Marc. Sylv. Diacym. de S. S. successor.*

A *

successor.

[θ] *Sozom. l. 1.* cessor. Hinc pro autoritate sua ab Ecclesiis Orientis depositos E-
3. c. 7. Soer. l. 1. piscopos restituere ausus est, (θ) & *Hosii Episc. Cordubensis, in Synodo*
2. c. 11. Sardica Canon (1). Quanta partium contentione ac ambitiosa
 (1) *Osiand. Cent. 4. l. 3.* conflictatione post *Liberium* Episcopatus Rom. fuerit, nec gen-
5. 2. Art. 4. tiles historici nec Christiani (κ) silentio transire poterant; ita ut
 (κ) *Am Mar. cell. l. 27.* in electione *Damasi* uno die 137. peremptorum caedavera reperta
Ruffinus l. 2. c. 10. sint, locis orationum sanguine humano undiq; repletis. Ipse *Da-*
Morn. l. c. p. 84. seq. *masus* Rom. Ecclesiam, *omnium Episc. firmamentū & omnium Ecclesia-*
 (λ) *in ep. ad de Mystero inq. late tractavit Morn 89 (μ)* cuius elogia vide apud *Voetii*
Stephanum (ν) Pomum verò Eridis iniecit *Concilium Chalced.* quod *Episcopo Con-*
Maurit. B- stantinop. æqualem eum Rom. distribuit potestatem, nulla hanc nisi
pisc. Tom. 1. Conc. ordinis prerogativa concessa (ξ) Sudes verò canon ille *Leoni* in
 (μ) *pl. c. p. 118. 141.* oculis erat, ac fiebat inde, ut perpetuæ inter Rom. & *Constant.*
 (ν) *desp. caus. pap l. 3. sect. 2. 10 p. 677.* Ep. fuerint rixæ, Dum hic superiorem, ille ne æqualē pati volebat
 (ξ) *Of. Cent. 5. l. 3. c. 13. ait. 28 coll. cum notis.* 8. Hucusq; verò. sc. per secula quinq; priora, limitata po-
 testas Pontificum R. erat, nec facile ultra limites spiritualis pote-
 statis transgredi poterant Postquam verò *Impp. Constantinop.*
 in sedem perpetuam convertebant, ut fidem apud Rom. retine-
 rent, Episcopis Rom. quorum apud plebem magna erat autori-
 tas, plus æquo concedebant; Quin & ipsi *Cæsarum* absentia ad
 suā ambitionem sedulò abutebantur. Accedebat Septentriona-
 lium populorū affluxus, qui ut in Italia pedem firmiter figere pos-
 sent, gratiam *Paparam* omnibus adulationibus demerebantur.
 Dùm verò ita à *Regibus* Pontifex R. honorabatur, & totus ferè
 orbis ejus amicitiam expetebat, pedetentim consilia in Imperi-
 um, arbitrium in judicium transire cœperunt, ita ut res Ecclesiæ
 R. eò devenerit, ut fixa illa repagula ambitioni Pont. coercendæ
 satis essent. *Justinianus Imp.* recens regno potitus, honori sedis R.
 plurimum addidit, quo tamen etiam, ni majori æquali saltem af-
 fecit *Constantinopolitanum* [ο] Quamvis *Epistola Justiniani* ad
 Pont. Rom. data, penes omnes *Græcos* non minus sit Autoritatis, vi-
 deri potest *Exhibeus JC.* contra *Hottomannum*; inde Jurisdictione,
 Hæc.

Haecenus autem omnes Episcopos R. Imperatori subditos fuisse, ex Platina per singulos probari potest. Verum & hoc onus sensim excutere studebant. Nam cum ex quodam Religionis Zelo. Honorius & Arcadius olim decrevisent, Episcopos in causis religionis judicare posse, sed reliquas causas tam civiles quam criminales Ecclesiasticorum ad jurisdictionem Imp. pertinere, Justinianum concessit ut Clerici in causis civilibus, quae celeriter expediri possent, coram Episcopis suis convenire deberent, sed ubi causa altiore indaginem requirerent, ad iudices ordinarios remitti oportere iudicavit: Idem quoque in causis criminalibus, si delictum Ecclesiasticum esset, indulgit, sed quoad reliqua crimina, suae jurisdictioni subiectos remanere iussit. Ex hoc igitur lento & tar- do passu Ecclesiastici per gradus, inceperunt ascendere ad su- premam ferè illam jurisdictionis auctoritatem, quam habere ja- ctant, quamque ex manibus Imp. per privilegia extorserunt.

9. Eodem modo, referente Autore Pap Rom. (π) hoc tem- pore Papa nomen, quod omnibus Episcopis commune erat, soli Episcop. R. dari coepit. Cum enim inter ipsum & Patriarch. Con- stant. super nomine Episcopi Oecumenici controversia haberetur, uter unus an uterque ita appellandus foret, & controversia sub Imp. Mauritio definita non esset, tandem sub Phoca ordinatum est, ut Romano nomen Papa adderetur; Constantinopolitanus verò se Oe- cumenicum scriberet, atque ita vocaretur, Archiepiscopus Nova Roma Constant. Patriarcha Oecumenicus.

10. Altius autem haecenus non ascendit auctoritas P. R. quam tempore Caroli M. non enim contenti erant, quod ipsi co- ram alio iudicio se sistere non deberent, indistincte enim in o- mnibus causis Personas Ecclesiasticas à suis Episcopis iudicari posse concedebat Carolus, siquidem Can. Juri fides habenda & quibusdam suspectis Scriptoribus; Sed etiam sub hoc praetextu sibi ipsi sumserunt auctoritatem cognoscendi de omnibus causis contra Imperatores, Reges, Principes eorumque subditos Laicos, prout passim in Canon deprehenduntur sententiae à Pontificiis eorumque delegatis latae, contra quaslibet personas absque alienius qualitatis aut materiae exceptione (ρ). Quod vel ex eo unico patet, quod Reges deponendi sibi potestatem sumant ac sumserint.

π) p. 63.
conf. Wesseling intr. Juridicoc Politic
co. de jure su-
perioritatis
Pont. R. c. l.

ρ) Pap. Rom.
c. 4. p. 64.
Wesseling. l. c.
cap. 13. p. 73.
Carovius de
Pot. R. P. l.
2. c. 16. c. 12.
11. Jam 6. 6. passim.



11. Jam satis armata erat autoritas sedis Rom. contra quos-
cunq; ad versarioru insultus & arma sive Doctorum, sive princi-
pum, cum nihil ad Monarchæ dignitatem & potentiam explen-
dam requirebatur, quam dignus tanto pncipe locus, ubi man-
data daret, & unde reditus suos peteret. Quis vero totius oris lo-
cus vel ad maiestatem ornandam, vel potentiam augendam ap-
tior erat quam caput terræ Roma, & circum jecta Italia? Ante Ca-
rolum M. quidem Italia à Longobardis opprimebatur & possideba-
tur, sed haud diu à Rege Gallorum Pipino liberatur, deinde à Car. M.
Filio ejus, extincto Desiderio, ultimo Longobardorum Rege, peni-
tus restituitur. Tum verò inter varias belli turbas, Pontifex mul-
tas civitates occupare cœpit, quas ut postea justitiæ prætextu ob-
tinere posset, ad hoc mox, mox ab alio sibi donatas, & à Carolo
confirmatas esse jaçtabat. Quid? cum fraudes fidem vix invenire
possent, ad multò antiquiora tempora confugiebat, donationem
Sylvestro Antecessori à Constantino M. factam pretendebat, qua non
Roma solum, sed & potior Italiæ pars sibi cessisset.

12. Hoc utiq; certum est, tum temporis potentiam Papæ
majorem esse non potuisse. Romana Curia Viris Amplissimis
illustrabatur, Reges & Principes in religionis simplicitate non-
solum connivebant, sed & regna sua Rom. Episcopi orationibus
commendabant, & eleemosynas annuas dari jubebant. Hac ex-
optata occasione arrepta ille, in libro *Eccel. Rom.* benefactores eo-
rumque domini & ditiones Ecclesiæ suæ commendata describe-
bat (σ) ut orationes & preces pro illis continuò fieri ostenderet,
atq; alios ad hoc invitaret. Hinc simplices illi credebant Rom.
Ecclesiam unum cum DEO facere consistorium, & ditiones suas
illi supponebant, coronamq; Regiam à Rom. potius Episcopo,
quam Cæsare accipere malebant, Deniq; Romam velut ad ora-
culum convolabant, tantusq; erat hominum concursus, ut ali-
quos ab ipsa multitudine, per pontem S. Angeli ad palatiū Papæ
incedentes, sæpe sæpius suffocatos esse, à pluribus Scriptoribus
annotatum fuerit.

13. Cum verò per Carolum ejusq; successores vires regni
Perusinus Pontif. succiderentur, augeri mox cœpit aliis fraudibus, quorsum
adam. 1077. referimus donationem Mathildis ducissa, de qua Baronii Epitomator (τ
p. 760. ita

ita: Post Henrici [IV. sc.] in Germaniam reditum, Canusii Pontifex tri-
bus fere mensibus substiter. Ubi dum moratur, Liguriam ac Thusciam à Ma-
thilde recipit, donatione ad posteros memoranda. Extra Italiam dolo
nactus est statum Avenionensem in Gallia, quæ Provincia dicitur, ad
pedes alpium & Delphinatus, quem Clemens VI u] à Regina Johan-
na Filia Roberti Regis Neapolit. Anno 1352. emisse fertur.

v] Wessel. l.
c. p. 63.

14. Quicquid verò de acquisitione dixeris horum, suas no-
runt Pontifices latebras, quibus variis titulis Possessiones com-
muniunt. Hæc omnia vero callidissimo invento, compilatorum
decretorum ac Conciliorum (eo verò modo allegatorum, ut so-
let mendacii Pater Scr. S. afferre) compage, quæ jus Canonicum
vocari solet, stabilivit, ut ea in necessitatem redacta fuerint, quæ
ante tempus impia, illicita, contraria, libera, imò nulla fuerunt,
suppresit omnibus illis, quæ in contrariam partem vergant. Ita
factum est, ut, quicquid per fas & nefas Pontifices corraferant ac
abstulerant, honestissimo Patrimonii D. Petri, titulo, Palliatum sit.

15. Hæc cum intra Italiam felici successu gauderent,
in extera etiam regna manum extendit, adjutus insolenti illorum
temporum erga P. R. liberalitate, dum multi vitæ suæ quantum-
vis vitiis immersæ, per donaria isthæc cœlestem veniam ex-
pectaverunt φ) Verum majoribus inhians, infinitis oneribus, o φ) Dn. Con-
mnib9 Episc. Clericis & Laicis impositis, varia beneficia, nequa- ring. in Ep.
quam venalia, pro ingenti pecunia summa vendidit, ex omnibus p. 140.
templis, Monasteriis, sacellisque infinitum pecuniæ numerum
quotannis expresit [X] Hinc incredibile pene est quantas divi X] Lege ta-
tias Pontifices corraferint. Wesseling. ψ) fatetur Pium IV. à solis xam. Rom.
religionum ordinibus 40000. scutorum contra Turcam, & ali- Can. Bankii
quot milliones ex unico tantum redituũ genere acquirere potu- Impr. Fra-
isse, absq; Simonia labe. Idem testatur: Pium V. contra Lutheram neck 1651.
nos & Turcas in auxilium Carolo V. 120000. peditum & 50000. e ψ] l. c. c. 12.
quitum stipendiatorum, eodemque tempore Regi Galliarum Carolo p. 64.
IX. 4000. peditum & 1000. equitum misisse. Boterus de eodem scri-
bit, adeò potentem extitisse, ut præter jam memoratas copias o-
mnes Reges & Principes inter se discordes compescere & recon-
ciliare potuerit, imò toti orbi & maximè Turcarum Imperatori
cœperit esse terrori & horrori. Hic distichon Julii II, P. quadra-
bat, B Hic



Hic gladius Pauli nos nunc defendit ab hoste,

Quando quidem clavis nil iurat ista Petri.

6) **Dn. D. Sixtus V.** vix sex annos pontificatum adeptus, misit contra Luth. Carpz. p. m. s. *milliones scutorum.* Joh. XXII. teste *Marsilio Ficino* in parata *pe- de lege Reg. c. cuvia 250. auri thonnas* in thesauris habuit. *Martino V.* ex Gallia 2 *sest. 7 n.* solum novies centena millia coronatorum Romam perlata sunt (6 32. *Lud. de Ita verè Sixtus IV.* dicere poterat. *nunquam Pontifici pecuniam deesse,* mōte *Sperato* quamdiu ipsi non deerit manus & penna.

in vindic.

16. Præter ingentes verò has divitias, quas possidebant Pacif. ofn. eò insolentia quoque progressi sunt, ut omnes mundi thesauros art. 3. § 23. suos esse gloriati sint. Hinc ambitiosa Paparum liberalitas, qua re. B Hutter. gna & bona aliena aliis donare haud veriti fuere. Ut *Alexand. VI.* contra *Græf.* Hispaniarum Regibus novum orbem dono dedit. *Bonifacius VIII.* de munif. Pr. *Alberto I.* Gallie regnum donavit, cum inimicitias alleret cum Phi- in sed. R. p. *lippo Pulchro Rege Galliarum.* Quis *Athabalibe Americani Regis,* barba- 11. Append. ri cætera, prudens responsum non laudaret, *Papam insigniter factu-* Reip. R. P. um & impudentem esse oportere, quod aliena tam liberaliter largiretur. *Scriv. p. 494* Quid? splenditum hinc mendacium Assentatorum Pont. promi- navit: *Imperium Rom. per Papam ad Germanos translatum, & Carolo M. seu feudum datum esse.*

17. Tantam Pontificis ejus Parasiti considerantes poten- tiam, dubitant utrum Pontifex Imperatoribus, an hi illi suas divi- tias ac regna magis accepta referre debeant. *Carerius insignis* pontificis adulator, haud dicere veretur *aa) Constantinum M. dum* *c. 9. p. 44.* multa bona P. R. donavit, restituisse potius ablata, quam nova dona vis- *ßß) Wessel.* se, dicendum esse. *Quin effrons l. 2. c. 9.* Proclamat: Pontificem jure *l. c. p. 73.* divino habere, potestatem in universum orbem terrarum, tum in rebus, *Eccl. tum Politicis,* alio loco: totum orbem ipsius esse. Forte haud in- commode quis conciliabulum *Florent. ßß)* huc accommodare posset. Sed novi hi nihil dixerunt, cum *Wessel. l. c. p. 65. & 73.* ex jure *Can. & aliis libris,* suorum de Papa *elogia* producat: *Omnia regna & principatus ab eo dependere. ejus jurisdictionem nec fluminibus terminari nec montibus, omnia maria complecti & unum hemisphaerium cum altero jungere, non habere superiorem nisi DEUM; Ipsum esse supre- mum & primum super omnes Mortales, ipsum posse Reges instituire & des- ponere: Ab Imperatore crimen Majestatis committi, si quid contra Papam & statum Eccl. Rom. molitur, (γγ)*

γγ) **Carpz.** l. 2. C. 2. **sest. 7.**

Brevi

18. Brevi complectemur omnia: præter jurisdictionem Universalem super Regimine Religionum, Universi Cleri, omnium mundi bonorum &c. specialiter *Domingo ac princeps salutari vult, Italia quæ inter fluviam floris & Cajetam situata est, Roma, Bononia, Romandiola, Marcha, Umbria, Latii, Ducatus Spoletini, Insuper: Avenionis, Beneventi, Dominus Regn. Neapolis, Sicilia, Urbini, Parma Mes* *De pri-*
Theodorum de Niem. Huc usq[ue] questio facti.

*De pri-
vilegiis Im-
perii, circa
investituras
Episc. in col-
lect. opere D.
Scharidii pag.
793. Append.
Rom.
Scriverii p.
491.*

CAPUT II.

*Petri Romæ adventus 1. nullus est nec ea quæ illo nituntur. 2. Primatus 1. Episc. in col-
competeret Episc. Antiochia Corinth. Hierosolyma 3. Petro non erat prære-
lect. opere D.
liquis Ap. præ eminentia 4. Objectione. solvuntur ex Patribus Concilii Scharidii pag.
5. Juris Canon. hic nulla auctoritas 6. Quis primatus Pont. Rom. concedi 793. Append.
possit 7. Potestas Papa unde. 8. ex donatione Const. non potest adstrui. 9. Reip. Rom.
Patrimonium Petri unde. 10. alterum fundamentum. 11.*

I.

Quas, & quibus fraudibus, pontifices Rom. suas posses-
siones acquisiverint, breviter vidimus, proximum nunc
est ut duas subjungamus de jure quæstiones. I. *Utrum præ-*
tensa donationes revera facta sint? II. Si facta, utrum jure fieri potuerint?
Quoniam verò in I. Cap. rem à primis initiis repetiverimus, ut
quidem à pontificiis refertur, par esset ut ad ea omnia sigillatim
responderemus, & controversiam de *Petri Romæ adventu* ventila-
remus. Verum cum hoc figmentum jam dudum à multis, variæ
doctrinæ Viris sit rejectum, nos labore hoc super sedebimus. Vi-
deantur præ multis α) *Tractatus Ulrichi Veleni Minboniensis, lectu*
dignissimus, quem Argentina 1660. Vir quidam illius Reip. ampliff. &
in Antiquitate Versatissimus, recens imprimi curabat, Nicolaus Videli-
us, Doct. Calv. in libello de cathedra petri, primò Geneva, post Fra-
nequera, impresso. Nervosâ autem brevitate rem totam exactissi-
mè exposuit in Dram. Sacro. Act. 1. Metam. 3. Summus Theologus. Dn.
D. Dannhavverus, præceptor ac promotor noster filiali cultu prosequendus,
ad quem lectorem tutissimè remittimus.

*α) Velenus,
Petram Ro-
mam non ve-
nisse.
Nicol. Vide-
lius de Cathe-
dra petri.
Dn. D. Dann-
havv. Christ.
p. 719.*

2. Breviter: Meræ sunt contradictiones pontificiorum
Scriptorum & Antiquiorum, in tempore definiendo, quando

B a

Romam



Romam venerit, ut videre est apud Hieronymum. Platinam. Orosium. Sabellicum. vitas Sanctorum. Quæ discordia Petri adventum Romæ valde suspectum, nisi plene fictitium, reddit. Discordia enim in Scripturis plerumq; falsitatis testimonium est. Computum verò per singulos Petri annos post ascensionem J. C. initum per Profectiones illius ductum, & nusquam adventui Romæ accommodandum, vid. apud alleg. Aut. qui tam firmis rationibus, Petrum nunquam Romæ fuisse, probarunt, ut impossibile sit Pontificiis aliquid in Contrarium; quod fide dignum & firmum esset, afferre. Quod si itaq; hoc evictum fuerit, Petrum nunquam Romæ fuisse, saltem non Episcopatum instituisse. quis non videt totam basin Papatus sponte ruere, nec habere quicquam illos, quo iure suam vel auctoritatem, vel Potestatem, vel possessiones defendere possint. Ex falsa enim sua Hypothesi ipsi dicunt β) non aliud Constant. movisse, quo in Eccl. foret munificus, nisi quod Petrus ei stertenti in somniis apparuerit, & quadam demandaverit obeunda. Pro cuius Reverentia experges factus, ille tandem Imperio Occid. se abdicavit, illudque in Sylvestrum rejecit, & alias Eccl. omnes parere ei iussit, quo primatus Pontificiis erigatur. Quod si itaque Episcopatus petri Romanus, inter nœnias, uti par est censi debet, illud omne quoque quod pro fundamento successione petri habet, vanum est.

β) apud Vellenn. l. c. p. 7.

3. Hinc primatus præ reliquis Episcopis similiter evanescit, qui vel ob hoc solum nullus esset, quod petrus ipsis fatentibus, verò ne an falso nihil ad nos, priusquam Romam venerit, Antiochia se-
 γ) Vid. Plat. dem Episcopalem constituerit, ac septem annos ibi sederit γ), ex-
 vit. S. petri. hoc enim iure Antioch. Episcopo primus locus deberetur, quem Ignatius Petri [ut aiunt] successor prætereundum posset; Competeret autem præ utroque Episcopo Corinthiaco, cum ibi Petrus & Paulus, E-
 δ) Salmas de piscopos priusquam Romæ constituerint δ). Omnibus vero lau-
 p. t. p. 72. rum præriperet patriarcha Hierosolym. quoniam ibi non solum Sal-
 ε) Osiand. vator crucifixus est, sed & Petrus post passionem Domini 4. annos
 Cent. 4. l. ibi substitit. Quamobrem Concil. Nicanum haud obscure Primatum
 6. 10. Art. 7. Hieros. Episcopo tribuit [e.

4. Quicquid verò sit de Petro, demus licet, fuisse Ro-
 mæ Episcopum, ane sequeretur, quod Pont. volunt, primatum
 Episcopo R. deberi? Putamus nullo modo, demonstrent nobis
 firmiter



firmiter, vel ex iure divino vel humano, Petro unquam præ ca-
 teris Apostolis fuisse præminentiam. Nam quæ communiter
 proferre solent, egregiè refutata sunt à *Magno nostro Præceptore, Dn. D.*
D. Dannhavvero § 1. Aut si fuisset, illam in Successores, si haberet *Dannb. Dram*
Romæ, hæreditatis jure devenire potuisse. Potius illud patet. I. s. p. 528. seq.
 ex jure divino: Æqualia jura & officia singulis Apost. à Servatore adde *Is. Ca-*
nostro assignata esse. *Matth. 10. 18. 28. Marc. 3. Luc. 10. Joh. 20. II saub. aann.*
 Nihil aliud probare praxin, qua nunquam legitur solius Petri no- *Bar. anni 31.*
 mine aliquid gestum esse quamvis ipse præstò fuerit. Vid. *Act. Cap. n. 63 p. 214.*
 I. 6. 8. 15. 21. III *Paulum* non ex numero eorum, qui cum Serv. fa- *257. 508 (99.*
 miliariter vixerunt, haud minorem in ulla re Petro fuisse. *Gal. 2. n. Ant. Pap.*
 quod & Patres nunquam non *συμφώνως* agnoverunt (n. *Rom. C. 2. p.*

5. Abeat itaque effrons & malè feriatuſ] *Ctus Vvesseling. p. 30.*

θ) ac Biblia inspicere discat: *Christum*, dicens, *diversa officia Ecclesia-* θ) *l. c. c. 6.*
stica constituisse, ac eis ordine gradus usq; ad supremum, suas præfecisse per- p. 31.
sonas, quarum alter a' e'ri im mediatè subordinaretur &c. Obiiciunt 1) *Matth. 6.*
 omnes duo præcipuè loc [] *Tu es Petrus &c. pascere oves &c. [x] Ne Joh. 21.*
 verò falcem in alie nam messem missuri videamur, si dicta *Scr. lo. x] Vvessel. c.*
 ca, ad genuinum sensum explicare vellemus; remittimus omnes *6. p. 33.*
 pseudo interpretes ad Nostrates Theologos. Ubi sufficere potest *Carerius l. c.*
 vel solus *Noster Dn. D. Dannhavverus, de tota Ch Ecclesia meritisimus l. 1. c. 2. 3.*
 λ), & ibi si quid super sit, reponant. Item ad Patrum primæ *Ec. λ) l. c. p. 739.*
 clesie quincque sec. præstantissimos &c. quos *Autor. Rom. pap. usq; 756. ad*
 l. c. latè citat. Imò ipsos Pontifices. *Leonis* illud notum est *desilubet Ca-*
 μ): *Quod Christus dicit: Tibi dabo claves regni cælorum, transivit in o saub. l. c. p.*
omnes Apostolos istius potestatis. conf. quæ Papa Anacletus scripse- 508.
 rit v). Confer omnino *Nicolaum Cusanum*, qui tempore *Conc. Capell. l. c. l.*
Basil. vixit, & obrarissimas dotes virtutis & ingenii Cardinalis 1. 2. 3. 4. 5.
 factus est ξ). Quod si verò Pontif. ad hæc attendere nolint, *Barclaj. de*
 considerent modo ipsius *D. Petri monita I. Epist. V. 2 3. Repu. Pat. P. c. 25.*
 gnat insuper primatus Pontif. *Conciliis Vetusioribus. Nicani Patres μ] in serm. de*
 p. C. N. 325. C. 6. expresse decernunt, quod *Rom. Episcopo major Apost.*
auctoritas ac potestas non competat, quam Alexand. & Antiocheno: fru-v] Pap. Rom.
 straque laborat *Carerius lib. 1. H. c. 8. hunc canonem pervertere, c. 1. Lud. de*
 nimis enim clarus est. In *Concil. Constantinop. 1. clara lege pro-Montesp. l. c.*
 hibetur §. II, p. 28.

B 3

ξ) *Cusani concord. Cathol. c. 13. in collect. D. Schardii p. 528.*

hibetur, ne ullus Episcopus ex sua diocesi se Ecclesiis ingerere debeat. Con-

o) *Of. cent.* fer Canones Conc. o) Nihil E. efficit *Caverius* allatis testimoniis
4. l. 4. c. 6. recentiorum quorundam Concil. *Lateran.* *Lugdun.* *Florentini*, *Tri-*
art. 2. *Morn. dent.* & malæ fidei testimoniis antiquiorum quorundam.

hist. pap. p. 6. *Canonistarum auctoritas* hic prorsus nihil valet *Decre-*
43. *sqq.* *Au-* ta enim illa R. pontif. demum ante 400. aut 500. annos compio
tor Pap. R. lata & enata sint è mancipiis pontif. quorum testimonium per se
6. 5. p. 86. ipsum jus nullum est *Canonistis* inquit *Magn. Carpz. p. m.* nulla fides
hac in re est habenda, quia ea omnia tempora illorum superstitione & seculi
sui errore, sanctitatisq; alicujus persuasione ducti tradiderunt. Nec credi-
tur Doctori nisi opinionem suam authentica scriptura probet, neque testis
est idoneus cui imperari potest, maxime quando Dominus est servus & ter-
ribilis, ut nisi subditus ipsius arbitrio faciat, præsumat illi violentiam
illaturus. L. R. C. 2. Sect. 7. n. 3. 8.

7. Tandem verò si Pontifices in primatu obtinendo tam
sunt occupati, agè, concedatur istis primatus ordinis, haud verò po-
testatis π) *Salmas.* testatis π) Sicuti Princeps, qui alterum præcedit, nullo modo pro-
de Prim. P. pterea in alterum jus habet. Quo absque dubio etiam respexit ca-
c. 21. p. 371. non. 3. *Conc. Constant. 1 p)* quo post Episcopum Rom. primus da-
p) *Osiand.* batur locus Episc. Constantinop. quia Constantinopolis est Nova
Cent. 4. l. 4 Roma confer. *Max. Rev. Dn. D. Kromayeri, Nostri Prac. Ven. disput. an-*
l. c. te octiduum habitam quæ est dec. 2. *disp. ult. de Apostasia Eccl. Rom. in my-*
sterio peracta part. 3. th. 9. Notandus quoque est Canon. 6. *Conc. A-*
fric. quo expresse definitum fuit, quod prima sedis Episcopus non appel-
letur Princeps Sacerdotum, vel summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi,
sed tantum prima sedis Episcopus. E. nomen primatus planè tum abo-
litum fuit. Quid *Monstrat Mornaus ex Gratiano l. 2.* etiam hæc addi-
ta fuisse. Episcopus autem Universalis, nec etiam Rom. Pontifex appelle-
tur, quæ verò in ipsa synodo nunc non leguntur, sed erasa sunt abs-
que dubio.

8. Ex negato primatu P. R. haud grave nunc erit de ejus
potestate aliquid concludere Potestas verò omnis Papæ à *Con-*
stantino Magno deducenda est, ante illius enim tempora, vel
nullam præ cæteris habuit, vel si quid moliri voluit, alii corda-
ti Viri

ti Viri restiterunt. Hinc plurima concilia absque jussu aut praescitn (heu quantum distamus ab illo!) Pont. Rom. congregata sunt σ) Stupescit verò qui legit, quantum sibi P. R. ex ficta donationis Constant. M. instrumento arroget potestatem. Elegimus, inquit Const. ipsum Apostolorum Principem & ejus successores proprios nobis ipsis ad Deum esse Patronos, & sicut nostram in terra Imperialem potestatem, sic & illius Sacram & S. Ecclesiam decrevimus colere cum reverentia, & Sacratissimum S. Petri magis quam nostrum regnum, & terrenam sedem exaltare, tradentes ipsi Potestatem & gloria dignitatem, vigorem & efficaciam & honorificentiam Imperialem &.


σ) vid. Pap. Rom. p. 44.

9. Ex hoc instrumento concludunt palpones Pont. illum habere & jure divino & humano plenissimam potestatem in universum orbem terrarum, tum in rebus Eccles. tum Politicis τ). Miramur autem, cum Pontificii suam potestatem divinitus habere dicant, ut Baron, infra testab. quod ad tam lubricas donationes confugiant, & Munificentiam Principum erga sedem R. tantò jaētent. Miramur, quod si à Deo tanta potestas ipsis data est, cur prioribus Episcopis de ea non constiterit, aut non usi fuerint. Mirum & hoc est, cur non æque Orientale regnum ac Occid. prætendant. υ) Miramur hoc maxime, quod Sylvester & subsequentes P. tam segnes in hac potestate usurpanda fuerint, neque clariora documenta successoribus reliquerint. Verùm quàm futilis hæc donatio sit jam audiemus, interim cum scopus noster non sit, propriè de potestate Papæ agere, remittimus Lectorem ad eos qui ex professo hoc argumentum tractarunt. Goldastum, Salmasium. Barlaajum, Mornaum, Cappellum, Lipstorpium, Schookium, Grotium. Adde D. Lutherum. Tom. 12. Witteb.

τ) VVessel. l. c. 6. II. p. 58.

υ) Carpz. l. c. n. 52. Capell. l. c. 60. 23. p. 192.

10. Nos verò nunc accingimus ad examen ipsius Patrimonii D. Petri. Sed quid Petri? Cum nemo Petro unquam quid dederit. Si in libros pontificiorum penitus inspicimus, duas potissimum rationes, ob quas Papæ bona, Patrimonium Petri appellitent reperimus. I. est summa illa potestas quam Papæ Petro adscribunt, quæ Dn. est omnium, quæ in toto terrarum orbe condita sunt, & qua illi imperium in omnes Reges & eorum Regna competit. II. Est, donationes varia, quæ propter D. Petrum



trum, & quia ejus successores sunt. Papis factæ sunt. Ex r. colligunt, Papis plenissimam potestatem in universam terram directam esse ϕ); Ut *Carevius* pro se autores allegat. Unde ϕ] *Carev. l. 1.* & traditam esse ϕ); Ut *Carevius* pro se autores allegat. Unde *l. 2. c. 9. p.* probat? ex duobus principiis. Primum est supra allegatum dicitur *Matth. 16.* Ego dico tibi, quia tu es petrus &c. At verò quis unquam cogitasset, dum Christus hæc dicebat, claves regni cælorum absolutam in temporalibus etiam designare potestatem? Sed *Carevii* & hæc interpretatio violentissima est. Paduiffet sanè *Bellarminum* in S. literis doctiorem hujus interpretationis. χ] *Bell. l. 5.* Quamobrem χ) aliquo modo modestior est, & non aliam potestatem assignat in temporalibus potestatem, quam indirectè, quatenus nimirum sub prætextu Salutis animarum disponere etiam potestatem in temporalibus, quem sequuntur alii ψ). Prætextus autem ψ] *Bullenge- test de temporalibus, quem sequuntur alii ψ).* Prætextus autem *rus ap. Capp. l. c. 1. 1. c.* test. ut nihil non sub ejus potestate esset.

11. Alterum est ex quo universalem illam petri & pontif. potestatem probare voluit, *Quia Christo secundum humanitatem omnino potestas est collata, Matth. 28. E. & Petro, E. & Papæ Romano Elegans consequentia: quæ adeò absurda est, ut nec in Politicis locum habeat. Esto enim, quod tamen falsissimum est, petrum esse in temporalibus Vicarium Christi, Papam esse Vicarium petri [ut olim audiit, nunc autem CHRISTI Vicarius appellatur, cum tamen per ipsum jus Can. vicarius vicarium facere non possit.] Quis unquam Princeps suo vicario absolutam dedit potestatem, pro lubitu, sine speciali indulto, quicquid faciendi? Demonstrent 2. unica syllaba adultores Pap. Christum Apost. temporalem concessisse potestatem, quin potius directè contrarium habetur *Lucæ XXII. 25. Reges gentium dominantur eorum & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur; Vos autem non sic.* $\alpha\alpha$) 3. Plusquam gentilis est impietas à potestate DEI concludere ad hominem. 4. Adeò *Christus* sese humiliavit ut magistratui politico, imperare noluerit, sed subesse potius, imò $\beta\beta$) *Matt. regna mundi oblata recusavit $\beta\beta$) quod ipse Card. Bellarm. $\gamma\gamma$] fatetur. Quis ergo exercitium unicè divinæ potestatis, homini, unico. Ecclesiastico, concessit? Verum totum hoc primum argu-**

aa) Barcl. l. c. p. 48. *non sic.* $\alpha\alpha$) 3. Plusquam gentilis est impietas à potestate DEI concludere ad hominem. 4. Adeò *Christus* sese humiliavit ut magistratui politico, imperare noluerit, sed subesse potius, imò $\beta\beta$) *Matt. regna mundi oblata recusavit $\beta\beta$) quod ipse Card. Bellarm. $\gamma\gamma$] fatetur. Quis ergo exercitium unicè divinæ potestatis, homini, unico. Ecclesiastico, concessit? Verum totum hoc primum argu-*

bb) Matt. regna mundi oblata recusavit $\beta\beta$) quod ipse Card. Bellarm. $\gamma\gamma$] fatetur. Quis ergo exercitium unicè divinæ potestatis, homini, unico. Ecclesiastico, concessit? Verum totum hoc primum argu-

cc) Ven. D. univo. Ecclesiastico, concessit? Verum totum hoc primum argu-

dd) Dn. Dannh. l. c. pag. 738. $\gamma\gamma$] de Pont. Rom. l. 5. c. 4.

gumentum & quicquid sacrae scripturae interpretationem flagitat, ad Cathedram Theologicam remittimus. (S.S.)

M) vid. interim Gol. dast Mon. Rom. Impet. p. 600.

CAPUT III.

Donatio Const. ex jure Can. non probatur. Valla. 1. Undecim rationes quibus destruitur instrumentum. 2. Scriptorum silentium. 3. Instrumenti privatio 3. Variarum rationes. 4. ex divisione regni 5. Carerii dilemma. 6. Hildebrandus utrum figmenti de don. C. auctor. 7. Cujus Roma post Const. M. 8. Status post Exarchos. 9. Longobardi 10. Franci. 11. Longobardi contra P.B. à Pipino impugn. 12. Roma ante Carolum 13. ad Carolum pervenit 14. Roma post Carolum M. 15. Hildebrandus, 16. Donatio Maximildis 17. Avennio. 18.

I.

Devenimus nunc ad alterum Patrimonii jus, quod nititur variis donationibus. Inter quas primum locum habet, famosa illa Constantini M. Sylvestro L. facta. De qua Canonistae tantum sibi gratulantur, & cum ex ea possessiones Papae probarunt, haud id invenisse putant, quod pueri in faba. Dist. 96. C. Constantinus n. 14. Verum hi Canonistae facilimo negotio, si tempus permitteret, possent refelli ex ipso canone, qui multa contra auctoritatem Papae continet, quae illi imprudentes non animadverterunt; nihil dicam quod hodierni Jcti. illum inter paleas, id est stramineae auctoritatis, ponant. Ipsam verò donationem quod attinet, tam infirmo stat talo, ut mirum sit Pontificios tantum fiduciae in ea ponere. Vidit, & exactè hanc rem contra Pontif. tractavit in ipso papatu, Laurentius Valla, Patricius Rom. & Canonicus Lateranensis, Vir in vario doctrinarum genere exercitissimus, in elegantissima declamatione: de falso credita & e-mentita Constantini donatione. Est hæc in supra laudato opere D. Sibardii.

I.

2. Occurrunt autem sexcenta, quae donationem istam dubiam, imò falsam reddunt. Pauca delibabimus. In prima acie merito ponitur Scriptorum historicorum, tum συγγραφέων, tum subsequentium fide dignorum, silentium. Quod argumentum quoque in historicis valeat, dicemus verbis Baronii a), qui notat: factum merito in dubium vocari, si auctores, qui ceteras Personarum res gestas, minores etiam, accuratè & diligenter prosecuti sunt; de re maximi mo-
a) Bar. Tō. 1. ad annum Chr. 34. No. 177.

C

mentis



menti tacent, ubi tamen commemorandi optima occasione habuerunt. Notum vero est, quanta aliàs industria rerum Ecclesiast. incrementa, & decrementa, imò omnia præclare gesta Const. M. & Sylvestri consignaverint, Eusebius, Ruffinus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Evagrius, Orosius, Beda Zonaras, Paulus Diaconus, Panvinius &c. & multi alii à sede Apostolica non dissentientes. Qui omnes verò altum tenent de hac donatione, silentium. Imò ipse Platina, qui jussu Pontificis M. vitas Pontif. ex publicis tabulis & aliis documentis MSS. collegit, & vera scripserit

- β) Plat. Vir. à Pontific. creditur, nihil aliud de hac donatione tradit, quam
Sylv. 1. p. m. hæc β.) sunt qui scribunt, sine autore tamen, Sardinia cum fundis suis
47. & Mesania & Maritima cum monte Argentario, ac fundis huic Ecclesia do-
γ) quorum no datum. Quid? Silent Hieronymus, Augustus, Chrysof. Basilus, Am-
verba vid. brosius, Nazianzenus, Greg. Nys. Adde ex recentioribus præter
apud Dan. Vallam & Cusanum, Guicciardinum, Bodinum, Erasmus, Cranzium,
Lipstorp. &c. γ] imò ipsum Aeneam Sylvium primum Imper. à secretis,
Mon. Pap. P. deinde Episc. Senens. post Cardinal. tandem summum Pon-
1. c. 12 p. 119. tif. Pium II. dictum, qui cum Cardinalis munere fungeretur,
121. in dialogo quodam δ) invenitur in miseros legistas, qui laborant,
Cranz. Sax. in disputando de eo, quod nunquam fuit. Vid. Eleg. disp. M. Hen-
l. 2. c. 1. rici Alti, de donat. Constant. M. habitam Helmst. sub. præf. Dn. D.
δ] Carpz. Hildeb 1661. th. 4. s. 6. Item diatriben Elencticam, de Imperat.
L. Reg. Cap. Const. M. contra Baron. Balthasaris Gualtheri, S. L. Prof. Jenæ 1618.
7. s. 5. n. 18. 3. His tamen non obstantibus ferunt & sunt inter Pon-
19. tificios, qui mordicus illam defendunt Augustinus Steuchus, Bi-
M. Alti disp. blioth. Pontif. instrumentum illius donationis in bibliotheca Va-
Gualtheri di- tic. græcè conscriptum (ut ait) Lugduni edidit 1547. paulò ante
atrib. latinè id vertente Bartholomæo de monte arduo. Valgavit quoq;
ε] tr. de ty- sed alio fine Laurentius Bank Pr. Franq. e) Verum ostendant no-
ranuide Papa bis Pontif. ἀπό γεγορον & vindicent ab absurditatibus, quas mox
1647. ostensuri sumus, credo id in Mori Utopiam transportatum esse;
adde Gualte- dubitavit dudum L. Valla, hinc eleganter eludit Pon .l. c. O Pe-
rum cit. tre, O Sylvester, O S. Rom. Ecclesia Pontifices, cur vobis commissam
ζ) Th. Lansf. paginam non custoditis? cur à tineis illam radi, aut cur sit ut abescere
or contra l. passivestis? Opinor quia corpora quoq; Vestra contabuerunt. Nec dubium
tal. est quin simil Hieron. Donat. Legat. Venet. 9, & a respõsione ζ) Alex.
Borgia

Borgia P. de potestate ac jure Venetorum in mare Adriaticum
jocose interroganti, data, eo respexerit, dum ex improvise
respondit: Ostendat mihi vestra sanctitas instrumentum Patrimonii
S. Petri, & à tergo scriptam inveniet concessionem Maris Adriatici
Venetis factam. Simile recenset Camerarius [n.

n] Cam. bor.
sub. Cent. 1.
p. 278.

4. Dicant verò Pontificii, jam se exhibuisse illud instru-
mentum. Advertant E. ad sequentia absurda, quæ ex illo de-
ducentur. 1. Instrumentum donationis Græcis literis configura-
tum quis credat? cum omnia reliqua Const. latino & vernacu-
lo sermone notata sunt, ea sc. lingua Romæ obtinuit, imò
qua lingua ipse Const. in celebri Conc. Nic. test. Euseb. l. 2. de vi-
ta Con. usus est; addatur huic styli ruditas Monachos spirans.
2. Duodecim diversa instrumenta proferri posse, longe varian-
tia, testatur Dn Carpz. b. m. LR. c. 7. s. 5. n. 13. 3. Dicitur,
quarta conversionis die papam constituisse super 4. Episc. Alex
Antioch. Constantinopolitan. Hieros. Sed mendax immemor erat,
tum nondum Constantinopolin in rerum natura fuisse, sed Byzan-
tium, occidentali vero regno cum papa diviso, Const. demum
in orientem sedem convertisse. 4. Videant quæ hoc conci-
lient cum eo quod Bay. & alii dicunt primatum non ab homi-
nib, sed solo Deo datum esse Papæ. 5. Plures temporis cir-
cumstantiæ confunduntur. vid. Gvalt. l. c. 6. Lepram Con-
stantini M. ac ita donationis ansam, cum Socrate negat Platina
in vita Marci. 7. Quid fabulosius & ad seculum Monachicum
propius, quam somnium illud monstruosum Constantino è cœ-
lo oblatum. 8. Falsum est, Const. M. Romæ à Papa baptizatum
esse vid. Euseb. l. c. Gvalt. l. c. 9. Ridiculum Const. 12. cophi-
nos terræ propriis humeris, æquales 12. Ap. extulisse. 10. Pro-
dit se Commentitius scriptor eos subscribendo Consules qui
tum planè non fuerunt (9.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11) vid. Lip-
storp. l. c. p.
124.

5. Tandem ex Eusebio constat Const. M. totum impe-
rium tribus filiis divisisse, ac Constantino Occidentale, Constan-
tino orientale; Costanti verò Italiã, Africã & c. assignavisse. Jam ve-
rò aut ante, aut post divisionem regni donatio facta est. Non an-
te, quæ enim Constantis pars fuisset? aut iterum Papæ abstulisse
donatum dici necesse esset. Non post, Quis enim præsumeret,

11.
1) Euf. de vi-
ta C. l. 4. c.
11.



Const. M. Filium regno privasse, ac alteri donasse? præsertim cum ex omni historia pateat, Romam post Constant. Impera-

x] Lau. Val- toribus subditam fuisse (x

la. c. l pag.

734. sqq.

λ) Car. l.

2. cit. loc.

C 21. n. 13.

14.

6. Sed dilemma hic nobis objicit *Carerius* λ) l. c. Ca-
rerio dignum, i. e. carens omnibus viribus. Argumentatio
ita se habet: *Aut donatio Const. M. est vera aut falsa: Si vera ha-*
re ici non refellere possunt. (Firmissima dilematis pars). *Si falsa,*
& per consequ. Papa non est Dn. Occidentis [tam latè enim huic do-
natio per somnium visa est) *qua auctoritate & potestate Zachari-*
as Pontifex Pipino regnum Francia confirmavit? Leo Carol. M. Impe-
ratores constituit? &c. Accipe è contra hoc dilemma. Aut tu-
um dilemma bonum est aut malum. Si bonum, rem magnā
præstitisti. Si malum, malum meruisti præmium, quod si tibi
quis, absq̄ probatione posterioris membri redderet, de injuria
conquereris. Ita in posteriori membro quæstionis cardo ver-
titur. De jure, nō defacto quæstio est. Hoc ut expendamus, per-
gimus videntes, in cujus potestate Roma post Const. M. fuerit.
Satis enim hætenus nos probasse speramus, P. R. à *Constant. M.*
Romam & reliquum patrimonii non datum fuisse, quod ulterius
patebit, si probaverimus etiam post Const. Romam Papæ
Imperio non paruisse.

7. Antequam verò hoc probatum eamus, liceat pauca
tantum conjicere de *figmenti hujus donationis auctore*. Eum haud
immeritò supra laud *Dan. Lipstorp.* pestilentissimum illud mon-
strum, ac omnium vitiorum voraginem, *Gregorium VII. aliàs Hil-*
debrandum d. fuisse autumat. Qui ab *Henrico IV.* quem ipse ex-
communicaverat prius, deponeretur, ob extrema flagitia. Nec
indicia levis ponderis in promptu sunt. Sunt enim hodiè dum
literæ ad manus, quibus multa regna, *Hungaria, Hisp. Dalm. Cro-*
at. Russia postulavit, tanquam sedi R. restituenda, quæ antea
occupaverat, & à *Constantino* accepta. Accedit, quod ante hunc
vix ullus tam impudens fuerit, nec quicquā juris in præfata re-
gna prætenderit. Consonat quoque testimonium *Aventini*,
de illis temporibus scribentis: *Hoc tempore figmentum illud Con-*
stantini donationis fuit enatum. Adde. *Max. Rev. Dn. D. Kromayeri,*
&c. disput. ante cit. C. 3. th. 10. Tantum autem absit ut hanc
rejicia,

reijciamus opinionem, ut potius *ἡεοίητε ποοίητε* eam arripiamus, unico hoc pramisso, quod *distingvendum* esse putamus, inter hujus *figmenti initium & exercitium*. Nemo utiq; tam audacter ante *Hildebrandum* Italiam possedit ac defendit; prætendisse autem alios ante *Hildebrandum* ejusmodi donationes, mox demonstrabimus. Sed redimus unde digressi sumus.

2. Post *Constantinum* Romam Imper. subditam fuisse undiq; probatur. *Constantius Constant. M.* Filius hæresi Arianae addictus, *Liberium Papam*, (quod *Arbanasium* damnare nolebat qui tamen post biennium religionis fervore remisso, ac ambitione instigante, turpiter lapsus, primus in Ariana secta propaganda factus est) Romam in exilium eiecit, supremæ potestatis documento μ . Quam subiectionem ac fidem Pontifices in sec. IV. V. VI. VII. Imperatoribus testatam fuerint erudite explicavit *Dn. D. Henricus Müllerus & c.* l. c. Usque ad *Longobardi* Italiam invadentes, omnia exceptis paucissimis; subiugarunt. Tum verò *Roma Exarchis* parebat. Etiam si enim haud absimile vero videatur, post factam sedis Imperatoriae Constantinopolin translationem, Papam in Rom. civitatem haud nullum sibi arrogasse imperium, ut sine istius consensu cives nihil peragere potuerint, *Exarchis* tamen, *Ravennensi* maximè cui parva Italiae pars adhaererat, post ducibus, in singulis civitatibus constitutis, & *Roma & Pontifex* subditi erant. Quid enim fuisset *Exarchis* opus in Italia, si *Constantinus M.* & reliqui eius iurisdictione ac Imperio se abdicassent: Quid? manifestissimum *Exarcharum* in Pontificem potestatis argumentum est, quod etsi *Episcopi Rom.* per *Phocam Parricidam*, titulum *Oecumenici* acceperint, tamen Imperatores sibi ius reservaverint confirmandi Pontifices, minimum per *Exarchos*, quod *Platina* in *Severino I & Pelagio II.* His verbis testatur: *Vana tunc habebatur Cleri & populi electio, nisi eam Imperatores, aut eorum Exarchi confirmassent* (). Certissimum verò subiectionis argumentum erat, quod vectigalia & tributa *Exarchis Romanos* pendere oportuerit. [v] Vid. *Dissert. de Exarchatu Witteb.* sub. Pl. Rev. *Dn. D. lius l. 2. de Strauchio, rabus Franc.*

C 3

Dn. D. Strauchii disp. de Exarchat. Lud. de Monte sp. l. 4. p. 92,

strauchio 1661. habitam. Ex his luce meridiana clarius est, Exarchorum tempore Romam &c. Pontifici non subiectam fuisse.

9. Verum vix *Exarchi* Italia discesserant cum Pontifex à *Longobardis* in angustiam redactus, *Carolo M.* nomine S. P. Q. R. Imperium, Romam ac totam Italiam tradidit. Hæc verò res quoniam toti nostro proposito, si dissipetur ejus obscuritas, plurimum lucis affundere potest, à nobis fusius est explicanda, Jugum Imperatorium excutiendi, Pontifici primam ansam dedit *bellum Iconomachium*. Cum enim *Gregorius II.* in *Leonis Isauri Imp.* mandata de abolendis imaginibus consentire nollet, sed contra eum totam Italiam, & aliàs in Occidente regiones ab obsequio Imper. revocaret, *Longobardi* in auxilium vocati à Papis, ξ) Exarchatus Italia ejiciunt.

ξ) *Lipstorp.*

l.c.p. 2. 2. 26.

10. Quo facto non grave erat Papæ *glaucoma Luitbr. Longeb. R.* objicere, persuadens illi *Castrum Cumanum*, à *Longobardis* occupatum, ex donationibus Imperatorum Ecclesiæ deberi, quod cum *Longob.* missim facere nollent, Papa conducto adversus eos, *Job Duce Neapol.* cui pro redemptione *Greg. II.* auri libras pendebat) ac *Longob.* ad deditioem coactis, accipit, ut primum possessum, in suam potestatem. Verum hinc Papa non contentus aliam profert donationem *Alpium Cortiarum*, ab *Ariperto* factam (quam *Lipstorp.* l. c. contra *Centur. Magdeb. Cent. 8 c. 3. & 10.* Testamentum *Ariperti* pro suppositio habentes, defendit) atq; *Luitbrandum* jam in armis constitutam & sua vindicaturum, oratione ita dementat ut hanc quoque illi confirmaverit. Quicquid autem de hac *Ariperti* donatione sit, quam ex defectu Historicorum nec adstruere, nec negare possumus, Papa hujus *Ariperti* testamenti prætextu, pluribus oppidis & dominiis inhiat. Sed tam lignei ac stupidi *Longobardi* non erant, quin sentirent, fraudes ac dolos sub hoc prætextu latere. Hinc cum Papis de repetundis per bella agebant. Quæ origo est perpetuarum concertationum Pontificum cum *Longobardis*, donec *Francorum Reges* in auxilium vocati *Longobardos* repulerunt.

ii. Erat

11. Erat autem *Carolus Martellus*, qui inter Francos primus suppetias adversus *Longobardos* ferebat. Quod beneficium largè referebatur ejus *Filio Pipino*. Cum enim paulo post Proceres regni Francici, religionis cultu ad Papam *Zachariam* deliberatum mitterent, quis regno esset dignior, *Childericus* tum rerum potitus, homo vecors & voluptatibus potius quam armis gerendis consuetus, an verò *Pipinus Martelli filius*, illustri familia natus & manu strenuus? Tum *Zacharias* veteris memor benevolentia, haud diu cunctatus, *Francia regnum Pipino hereditarium* decernit, *Chilærico* in monasterium detruso. Atq; hoc est quod supra *Casarius* tantoperè jaçtabat, & alii cum eo. *Papæ licere regna transferre* & regibus abrogare principatum. Verum quis non videt vanam hanc gloriam esse, & nequam *Pipinum* auctoritate & potestate *Papæ*, sed statuum *Francia*, regiam dignitatem adeptum esse, aliud enim est *Regem creare*, aliud *creandi consilium dare*, & declarare suo testimonio, quid populo liceret in Rege eligendo.

12. Sed hæc in transcurso). Dum verò hæc in Gal-
lia aguntur, *Aistulphus Longobardorum Rex*, Principatus augendi
cupiditate flagrans, vindictam quærit contra *Stephanum*
11. pentapolin, *Ravennam* &c. occupat, & animadversa
Papæ fraude, dum nec ipse tributa pendere volebat, atque a
liis, ne darent inhibebat, obsidione *Romam* cingit, *Stepha-*
nus frustra ope *Capronymi Const. Imp.* implorata, clam ad *Pi-*
pinum Franc. Regem mittit, petens ut clam se *Roma* abduci cu-
raret, quod *Pipinus* fecit, ac *Stephanum P. Parisiis* honorifice ex-
cepit. Quibus peractis, *Pipinus Stephani* precibus motus, ad *Ai-*
stulphum legatos misit, petens ut obsidionem *Romæ* solveret,
quod d. m. recusabat *Aistulphus*, bellum ei indixit ac eò redegit,
ut sacramentum diceret, se ablata *Rom. Pont.* restitutum,
nec unquam repetitum esse, fuerunt autem satis multæ civi-
tates ac regiones, quas *Steph.* fictitiis literis *Pipino* exhibitis,
quasi *Petro* olim donatæ fuissent, fraudulenti sumè nactus est.
Quamvis autem *Constant.* imper. per legatos strenuè contradi-
ceret, & *Pipinum* muneribus (inter quæ etiam *Misicæ* maxi-
mæ instrumentum, quod nos *Orgel* vocamus, Germanis &
Gal-

o] *Hottom.*
pranco G. c.
15. *Avent.*
l. l. 3. *An.*
Boj p. 174.
Salmas. de
prim. Pont.
Hurt. contra
Gretf. l. c. p.
31.

Gallis tum in cognitum) placare vellet, obtestatus, ne Exarchatum jure sibi debitam Pontifici concederet, nihil aliud tamen responsi tulit, quam anima saluti se consuluisse. ut DEO & Ecclesia rem gratam faceret, & Exarchatum Petro à Longobardis ereptum, ejus successoribus restitueret. Quod factum B. Hutterus π) haud inique mutuum muli vocat. Ita Pontificis furtum specioso Patrimonii S. Petri titulo gaudere cœpit. Pulchram cum dictis συμφορῶν faciunt, quæ supra laud. Nic. Cus. ε) habet: Ut breviter dicam, nullibi contrarium legi, quin usque ad illa præfata Pipini tempora, Imperator remanserit in possessione locorum prædictorum (Romæ Ravennæ &c.) Nec unquam legi aliquem Rom. Pontificum usq; ad tempora Stephani II. aliquid in illis locis præsumpsisse habere. Hac credo vera esse, non obstante famigerâ opinione de contrario, quæ in palea habetur Const. 96. dist. quoniam absq; dubio si non fuisset illud dictamen apocryphum, Gratianus in vet. codd. & canonum collectionibus invenisset, & quia non invenit non posuit. Cum hoc consentit Albertus Kranzius [σ].

π) l. c. de Mun. Pr. in R. p. 30. ε) Cus. l. c. l. 3. c. 2.

σ) Kranz. Sax. l. 2. c. 8.

13. Cujus verò potestatis Roma & reliqua Italia ante Carol. M. fuerit, mira Scriptorum est dissensio. Baron equidem omnes urbes in summum Pontif. recidisse autumat. sed falsò, probat enim ex fide dignis Script. ὁ πάλιν Conringius τ) De Germ. us τ) expulsis Exarchis, Duces & Romæ & reliquis civitatibus Imperio Rom. præfuisse, saltem tempore Zachariæ adhuc. Quo Carolus M. devicto Desiderio ultimo Longobardorum Rege. Omnes illorum regiones sibi subjecit. Jam tum verò antequam Cæsar appellabatur, Dominus erat totius Italiæ, paucissima illa portione, cui hætenus Exarchi, mox Duces imperabant, excepta. His verò etiam extinctis; Roma cæteraque Italia ab Imperatoribus Constantinopolitanis pro derelicto habebatur. Hinc S. P. Q. R. in Carolum M. cum jam rem possideret, nomen Cæsaris conferunt, v) ac se suamque Civitatem illi tradunt per pontif. R. primum Civem (cui verò cum Hug. Grot. minino Nobilitio. φ) de I. B. P. l. c. c. 9. n. II. nequaquam tantam potestatem adscribimus, ob quam meritò vapulat. à pari Vir de jure publico meritisimorum, Dn. Böclero. l. c. p. 24. & Dn. D. Ziegler. 10. in de rebus sec. 9. & 10. factis p. 25. φ) Grot. J. B. l. 2. c. 9. Dn. D. Ziegl. ad h. l. Dn. Böcler. l. c.

τ) De Germ. us τ) Imperio Rom. e. 6.

v) Vid. o. minino Nobilitio. φ) de I. B. P. l. c. c. 9. n. II. nequaquam tantam potestatem adscribimus, ob quam meritò vapulat. à pari Vir de jure publico meritisimorum, Dn. Böclero. l. c. p. 24. & Dn. D. Ziegler. 10. in de rebus sec. 9. & 10. factis p. 25. φ) Grot. J. B. l. 2. c. 9. Dn. D. Ziegl. ad h. l. Dn. Böcler. l. c.

in. uol. ad Grot. l. c. p. 331. seq.) Falsum hinc est per papam, à *Stoixeg. Toeixas* Imperium R. Carolo M. traditum esse.

14. Quatuor enim sunt tituli, quibus jure illud possedit. I. Jure hæreditario à *Pipino Patre*. Ipsi Pontificii & præsertim antiquiores Scriptores fatentur, à Papa jam Imperium *Pipino* oblatum esse, cum jam omnes ferè Longobardos subjuggasset, sed intervenisse post Carolum M. Qui 2. jure belli omnem Italiam (exceptis Venetiis & Calabria) ne Roma quidem exclusa, suæ ditioni adjecit. Monstrant enim laudati auctores Romam multò ante, quam Cæsaris titulum assumpsit, Ipsius Imperio subjectam fuisse. 3. Accedit consensus S. P. Q. R. qui quam subjectionem in ejus coronatione exhibuerint apud allegatos videas. 4. Concludit Confirmatio Cæsaris Orient. qua sine *Carolo M.* Imperatoris titulum accipere volebat. Nihil dicemus de *Patriciatu* ejus, qui quantum jam ipsi in Romam addiderit potestatem, apud summum *Conringium* l. c. & *Lipstorpium* l. c. videre potes. Caterum mirum in modum hic quidam magnas donationes à *Carolo M.* Papæ factas fingunt. Sed de his vide elimatissimum judicium *Dn. Joh. Joachimi Franzii. Jcti Celeb. & Consilarii de de Rep. Argentor. Patr. bene meritisimi, Promotoris Nostri Magni, In Historia Caroli* (¶). Quicquid tandem sit de illis, constat donationibus populum Rom. nunquam Papæ subjectum fuisse, sed Imperatoribus paruisse. ω) 2. Carolum M. summum jus ac exercitium in Romam, & maximè Pontificem exercuisse. *Lipstorp. Contr. l. c. p. 37.* Imò quæ iura Carolus in totum Patrimonium P. cum titulo Imperatorio, sit consecutus, egregiè monstrat, l. c. p. 43.

χ) Vid. *Dn. Zieglerum* in *Grot. l. c.*
Dn. Limn.
I. p. l. 1. c. 5.
Dn. Franzii in *Carolo* p. 71.
Dn. Hutt. l. 1. c. 1.
p. 30. & c.
Dn. Contr. de Imp. G. R. C. 6. p. 30. 31.
32.
ψ) *Dn. J. Joach. Franz* *hist. Car. M.* p. 16.
ω) *Dn. Contr. l. c. p. 30.*

15. Hæc de *Carolo M. Ad Ludovicum Filium* progrediamur. Hunc qui negare vellet, Imperatorium nomen gessisse & potestatem suam in Romam & Pontif. exercuisse, antequam à *Stephano* coronatus erat, rem notissimam & probatissimam negabit. Quantum verò ipsa coronatione adiectum fuerit, facile quivis cogitare potest. Quid? In causa Papæ Legatos Romam misit, qui cognoscere & iudicare debebant.

αα) Quod verò donationes à *Ludovico* factas spectat, iterum non p. 39.

Hott. l. c. p. 40. Böcl, in Ludov. Ecclesiast. p. 84. seqq.



non planè negabimus: ut tamen firmiter credamus, necesse est, ut tabulas proferant Pontificii, quas nemo autem unquam vidit. Anastasio enim, qui in suo cerebro tot fingit donationes, quot fere orbis thesauros non habet, fidem hac in re non habemus: Quam potestatem in Romam & Patrimonium exercuerint Lotharius I & Ludovicus II. ex sæpius laudato Magni Böcleri tractatu, itidem Summi Conringii de Germ. Imp. Rom. C. 6. 7. 8. Idem de Ottone M. cap. 10. demonstrari posset, si institutum nostrum prolixitatem pateretur. Breviter dicimus hoc: Esto ab omnibus Imperatoribus, fraudulenter acquisite donationes confirmatas esse, omnes tamen Historici in hoc consentiunt, Cæsares sibi in Romam, pontificem & reliquum Patrimonium reservasse iurisdictionem, ita ut Papæ nihil quam utile concessum fuerit. Id quod Baronius de Ottone M. ad an. 962. clare fatetur, dum ex concessione illius circa Patrimonium hæc profert; non alia lege restitutum esse, quam salva in omnibus potestate nostra, dominatione & illorum ad nostram partem, & Filii nostri posterorumq; nostrorum subjectionem. Idem de iis qui Ot-

tonem secuti sunt verum esse, monstrat Historia (BB).
 BB) Conr. de F. Imp. c. 7. 8. 9. 10. 16. Verum heu! Paparum non modo, sed hominum nequissimas Hildebrandus, Gregorius VII. Henrico IV. excommunicato, non solum Jurisdictionis exercitium, sed & ipsam iurisdictionem, Imperatoribus negare cœpit, quo ne Leonis III. in scio, infortunio aut auxilio γγ). Et cum hæctenus absq; con-nupero colle- sensu Imperat. nullus Pontifex crearetur, hoc tempore etiam Etarum Epi. hoc ius è manibus eorum eripuerunt. Frustra reluctantibus tum stolarum ope HEINRICIS, tum FRIDERICIS. Germania enim, Pa- param fraudibus, intestine Bellis turbata, & Imperii viribus re p. 145. debilitatis, de Maiestate Cæsarea nequiter triumphavit Curia dd) B. Hutt. Ex hoc tempore horrenda Pontificis nomina, ac l. c. p. 5455. Rom. dd) tituli soli DEO competentes in Ecclesiam & Jus Can. illati Barcl. l. c. c. sunt, ut vocaretur; Deus in terris, Dominus Universi, Regum Pa- 10. ter &c. Imò haud veretur Bellarm ee) omnia nomina quæ in SS. ee) Bellarm. tribuantur Christo, unde constat eum esse supra Ecclesiam: Pontifici l. 2. de Conc. tribu- C. 17. B. Dn. D. Hülfem. Brev. p. m 463. Schook, in desperatis. caussa Pap. C. o p. 103. Theod. Simon de statu & Relig. propr. Pap. P. 1. c. 8. Lud. de Monte Sper. c. art 3. p. 64. sq.

tribuere. Horrendum nefas! quod cum homine detestanda
 nequitia, dicto Hildebrando emergere coepit. Huius καλοπο-
 πωπία gradu celeri incensit. Nec negant ipsi Pontificii Lan-
 vinus & Platina. Ille ζζ ait: Huius (Hildebrando cum omnes ζζ) apud
 Latine Ecclesia, tum praecipue Rom. acceptum ferre debet, quod libera Lipst. l. c. c.
 sit, & ab Impp. manu eruta: cum antea tanquam vilis ancilla non
 tantum ab Imperatoribus, sed à quovis Principe R. Imperatoris pra-
 sidiis fulto premeretur. Patet igitur quibus similitudines & progressibus
 Rom. Pontif. potestas & possessiones creverint. Patetque
 quam splendide mentiantur Parasiti Rom. Curia, dicentes,
 Imperatorum Magnificencia ditatam esse sedem R. sed de Im-
 petatorum donationibus satis.

17. Nunc pauca de donatione Mathildis quam non so-
 lum Baronius & eius Epitomatores, sed etiam Gretserus l. c. in-
 citant. De hac verò breviter tria proponemus. I. Est valde
 obscura, & sibi ipsi non bene constans apud Auctores. Quidam
 enim Liguriam & Tusciam, ut Leo Ostiensis in; Quidam Lombardiam
 & Tusciam, ut Car. Sigon in; quidam aliter definiunt. Hinc suspitionis haud vile argumentum,
 quod verò ulterius urgere nolumus. Monstrat verò Nob. Conringius in) quo modo
 iam olim inter Caesares & Pont. R. de donationis huius fide
 controversum fuerit, ex Arnolde Lybecensi. Fatetur quoque ipse
 Baronius l. c. testamentum Mathildis, quod vivo Henr. anno
 1097. conditum erat, iam olim periisse. II. Pontifices sero in
 possessionem illius donarii admisi sunt. Obiit quidem Mathildis
 Anno 1115. at verò ipse Bar. dubitat, utrum illicò bona illius
 ad se Pontifex receperit. Uyspergensis clarè negat, Henricum V.
 omnia nactum esse testatus, post cuius obitum varios posses-
 sores habuit. Friderico regiones possidente. Adrianus P. per Le-
 gatos ab eo frustra illas petiit. Post. Frid. tenuit Henricus VI.
 Succedebat Otto IV. qui postquam ad habitis in ius illius in-
 quisiverat, ac sibi competere inveniebat, frustra re-
 loctante Papa, in possessione mansit. Fridericus II. denum
 à Papis circumventus, dimisit, non multò tamen post mutato
 consilio, imprudenter concessa vindicavit. Unde legulen-
 ter probatur, illas regiones magis ad Impp. quam Pontif. per-
 tinuisse.

D a tinuisse.



tinuisse, III. Dicimus, etiam si Matbildis Rom. Pont. regio-
nes illas legavisset, nullo tamen modo donationem validam fuisse;
Erant enim illæ regiones Vasallagium Henr. IV. quod invito
vel nesciente Domino alienari non potuit. Ideò autem Ma-
tbildis Papæ legavit, quod adventantem Henrici exercitum me-
tuebat. (λλλ.)

λλλ] Spond.
ad ann 1077
n. 3. p. 851.

μμ] Box-
horn H. Un.
p. 708.

18. Status Avinionensis parùm meliori iure potestatis
Rom factus est. Ea enim quæ hanc sub emtionis titulo Clemen-
ti VI. concessit Johanna Regina Neap. Andrea Regis Hungariae con-
jux, lascivam licet, criminis necati mariti postulata aufugi-
ens, Patrocino Papæ se submitit, metuens furorem ultionis
Ungariæ, licet post modum ab his tandem capta & strangu-
lata fuerit. Quicquid verò hac de re sit, constat Papam pe-
cuniam nunquam solvisse, & experta est hæc nostra ætas, non-
dam omni in illum jurisdictione se Galliarum Regem abdi-
casse. (μμμ.)

CAPUT IV.

Rationes contra Papæ dominium ex jure div. 1. Ex fundamenti in-
firmitate & persona incapacitate. 2. Ex prescriptionis nullitate 3.
Ex Imperat Rom. Coronatione &c. 4. Clauditur verbis. D. Bern-
hardi. 5.

Reliquum est, postquam ex historia satis probavimus,
possessions Pont. R. nullo iusto titulo acquisite esse,
se, ut rationes quoque subiungamus, quibus declare-
tur hodie totum Patrimonium D. Petri Imp. Rom. subiace-
re, nec unquam Cæsares jurisdictione excidisse. Oportet
verò, huic negotio sufficiens tempus, ac longiores Pagellas. ut
hoc arduum & iucundum argumentum pro dignitate tractare
possent. Verùm cum angustiorem carceribus inclusi si-
mus, πίνυχα potius earum rationum, quas tractare hac in re
vellemus, proponimus.

I. Est mandatum DEI omnes homines, nulli Clero ex-
cepto, Imperio Magistratu subiiciens. E papa quoque Domi-
no alicui sc. Rom. Imperatori parere debet. Rom. XIII.

II. Edi-

II. *Edictum DEI*, clare & expresse, Ecclesiasticis Personis
 omni Imperio interdicens. E. Rom. Pont. nullo modo supre-
 mum ius possidere & *κατακυριεύει* aliis potest. Vid. loca supra
 passim allegata Conf. B. Dn. D. Hülsin. *Brev. de Magistratu Po-
 litico & Antich. Rom. Dn. D. Dannh. Hodof. de Mag. Polit. Ed. vet.
 p. 94 sqq.* Laudat *Wessel. in de jure majest. R. Pont. Boteri respo-
 sum*, quod reposuit iis, qui negabant Coronam Franciæ non
 à Papa sed immediate à Deo dependere, dicendo: *In qua par-
 te Scriptura S. reperitur Cor. Francia immediate à Deo dependere. In
 novone an Vetri Testamento* Sed quam meliori iure, hic nobis li-
 citum esset Pontificios interrogare, quo in loco SS. Episco-
 pus Rom. eximeretur, vel à mandato vel edicto DEI, de pa-
 rendo Magistratui, & devitando dominio?

III. *Hierarchia Ecclesiastica, & Politica Incompatibilitas.*
 Ubi equidem ex S. S. plurima obiici solent à Pontificiis, sed
 limitatam Regulam contra quosvis occursum vide apud alle-
 gatos *Theologos Summos Brev. Art. 20. & Hodof. p. m. 99. sqq. Conf.
 Ludov. de Monte Sper. l. c. p. 91. Art. 35.*

2. IV. *Fundamenti*, quo Monarchia Pont. nititur *infr-*
mitas, constat enim ab origine Constitutionis, Episcopatum
 Rom. humana dispositione ad altius culmen ascendisse, Primò
 Episcopatus non plus erat quam presbyteratus, quod accura-
 tè & latè probat. *Cl. Salmasius app. ad lib. de Pr. Pont. p. 61. 235.
 307. l. p. c. 1.* Ex Episcopatu verò, partim urbis prærogativa *α] Tom. 12.
 partim Principum indulgentia & liberalitate, partim fortuna ad ann. Chr.
 ambitioni propitia conscendit ad hanc hierotyranicam po- 191. f. 845.
 testatem. Vana ergò gloria est Baronii α] se profiteri privilegia o Lipst. l. c. P.
omnia Rom. Episc. à Christo in Petro esse collata &c. I p. 124.*

V. *Personæ incapacitas*, Demus licet, in densis mis &
 plusquam Cimmeriis superiorum seculorum tenebris, Impe-
 ratores, Reges Principes &c. sedi Rom. donationes concessis-
 se, & potestatis suæ partem Rom. Pontifici, ceu fei dum de-
 disse tamen 1. non Dominus constitutus est. 2. Pontifex pla-
 ne accipere non debisset, aut armis vindicare.

3. VI. *Præscriptionis nullitas*, quam Pontificii communi *β] Bell. c. 9.
 ter, præsertim verò Bellarminus β] tantò iacitant, Verba Bell. de Pont. E.
 sunt*



y) de Germ.
Imp. R. c. 13.
p. 123.

d) Contr. de
E. Im. p. 367.

sunt: Etiam si nihil horum (sc. donationum Cæsarearum) extaret, abunde sufficeret prescriptio DCCC. annorum. Nam etiam regna & Imperia per latrocinium acquisita, tandem longo tempore fiunt legitima. Alioquin enim quo jure Jul. Cæsar occupavit Rom. Imperium? Et tamen tempore Tyberi Christus ait: Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. Possessio enim nuda, Conringii verba recito (y non dat jus aliquid possidendi si alter qui possessione est expulsus, nunquam non reclamatur. Bellarm. quoque admitterem is verba. si à tot annis primò Pontifices absolutam jurisdictionem possiderent. Secundò nemo Cæsarem causam egisset, aut ipsi Cæsares Romam pro derelicto habuissent, tunc ad minimum tacitum illum consensum sufficere potuisse Pontificibus ad plenam bonorum suorum possessionem nullo licet alio jure suffultam. Semper autem reclamasse Imperatores, multis modis probari potest. 1. Fatentur ipsi Pontificii scriptores, quæ certamina de Roma & Italia, perpetuò inter Imper. R. & Pont. fuerint. 2. Ipsum potestatis in Romam exercitium. Henricorum Ottonum, Caroli V. &c. 3. Cæsarem nomen. Vocantur sanè Imperatores Romani, quomodo ipsi Pontifices insigniunt ipsos, nec hodie ullus contradixit. Ergò omnino ipsis jus in Romam competit. Quod heroicum Responsi Friderici II. Adriano datum bene expressit: Cum divina ordinatione ego Rom. Imperator dicar & sim, speciem tantum dominationis effingo, & inane utique portans nomen ac sine re, si Roma urbis de manu nostra potestas fuerit excussa. 4. Capitulatio Carolina, § 5. Quilibet enim ad Cæsaream dignitatem admittitur sese adstringit, se non solum nihil de Imperio alienaturum esse, sed & sedulo in id incumbere velle, ut ea quæ ab Imperio variis modis rescissa sunt, vindicet ac pristino loco restituat. Eandem obligationem etiam olim Cæsaribus præstandam fuisse, egregie probat Nob. Conring. de Fin. Imp. d) Conferatur in his omnibus eruditissima disputatio Dn. D. Clutenii olim Antecessoris in Acad. Argent. Celebrissimi, quæ est in volumine II. Dispp. Basileensium, impress. 1616.

4. VII. Summæ potestatis Cæsarem in Romam documentum est; Coronationis actus liberrimus, quem Romæ quilibet insti-

337

instituere potest; Notum autem est omnibus, nullum Regem coronari in urbe, in quam sibi jus non competat. Quamvis autem hodierni Imperatores non omnes Romæ se coronari patiantur, in omnium tamen arbitrio id esse positum, non est cur ullus dubitet. In ipso verò hoc coronationis actu spectes quædam, quæ clarissimè maximam potestatem Imper. redarguunt in Romam. Inter quæ haud ultimi ordinis sunt sacræ illæ preces, quibus Pontifex R. Casarem coronaturus Deum obtestatur, quæ videri possunt apud τὸν πᾶν Conringium de *Fin. Imper. cap. 20. pag. 451.* In quibus sapissimè occurrit, quod Imperatorem, NOSTRUM, & suo & populi nomine appellet. Nihil adjiciemus de *tabulis*, quas Papæ recens coronato Imperatori confirmandas exhibent, quod utique evincit, Imperatoribus adhuc juris potestatem in Pontificem esse. Quid enim his opus foret si illa bona nulla amplius nexu Imperatoribus devincta essent. 2. *Creatio Comitum S. Palatii Lateranensis*, quos à Casare creatos Rom. Pontif. haud respuit, sed honorat.

VIII. Tandem si concedenda P. R. potestas secul: summa esset, denegaremus illi omnem potestatem Ecclesiasticam Internam. Atque ita fieret *μετάβασις* in aliam Hierarchiam. Nec Papa esset Papa. Quod si vero utrumque gladium gereere velit, Imperatores de jure divino & humano altera potestate eum exuere possunt. Inverso planè modo, quo olim detestanda nequitia, Pontif. Romani usi sunt in deponendis Imperatoribus; Quæ summa arrogantia & extrema impietas nullo planè præjudicio hodiernis esse potest, neque enim olim passus est *Fridericus I.* ut refert. *Aventinus lib. 5.*

Hæ & aliæ rationes plures sunt, quas explicare, probare, iisque demonstrare possemus, neutiquam dominium eminens Pontifici in Romam & cæterum Patrimonium competere, verum hæc sufficiant, quæ si Benevolo Lectori non placeant, credat nec nobis ipsis exasse satis facere, nec enim scriptimus quæ volumus, sed quæ per temporis angustiam, quæ vix nobis huic dissertationi scribendæ tot horas reliquit, quot dies materiæ gravitas requirit, potuimus.

5. Claudimus hanc dissertationem de Patrimonio Pe-
tri

Q. H. T. n. 5961
e] Tom. 2. p.
131. 6.

tri verbis egregiis. S. Bernhards jam olim ante plura secula ad
Eugenium Pontif e) sic scribentis : Esto ut alia quacunq; ratione
hac (loquitur autem de ejus dominio temporali) tibi vendices, non ta-
men jure Apostolico. Neque enim Petrus dare, quod non habuit, potuit.
Quod habuit, dedit, sollicitudinem super Ecclesias. Numquid & domi-
nationem? Audi ipsum : Non dominantes, ait, in Clero, sed forma facti
gregis. I ergo tu, & tibi usurpare aude aut dominans Apostolatam, aut
Apostolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis, si utrumq;
habere voles, perdes utrumque. &c.

Θεω δόξα.

Divitias Servi Servorum invadis Amice;
Hoc Domino haud poterit displicuisse DEO.
JOH. AD. SCHERZERUS,
SS. Th. D. Prof. Publ.

Papa, Pater dives, Tibi pauper dicitur, indè
Alterius Natum Te Patris esse probas.
M. VAL. ALBERTI, Metaph.
& Dial. P. P.

*Sphalmata quæ præter spem in prioribus saltem pagellis irre-
pserunt, B. L. sequenti modo corrigat.*

Cap. 1. §. 1. lin. 9. leg. viva. §. 2. l. 2. leg. reperies. l. 5. leg. di-
gnitatem. §. 3. l. 2. l. quoq; lin. 7. l. Italia. §. 4. lin. 1. leg. Jēū.
D. lin. 4. l. reperere. l. 18. leg. gnaviter §. 5. l. 13. leg. fuisse lin. 14.
leg. supposititia. l. 15. leg. Episcopis. §. 6. lin. 5. leg. eruditè. lin. 10. leg.
Patriarchatus. lin. ead. l. Hierosolymitanum. l. 17. l. pejorem. lin. ult.
leg. τοῖς αὐτοῖς. §. 7. lin. 1. leg. ad sedem. l. 4. leg. sardicaa. §. 8. l. 18. l. unius
l. 26. leg. concessit. §. 9. l. 7. l. Papa §. 11. l. 1. leg. firmata lin. 4. l. digno
ead. l. leg. principe. l. 5. leg. orbis. lin. 10. leg. extincto l. 14. l. fidem. l.
16. leg. prætentebat. §. 12. l. 7. leg. dominia. §. 14. l. 8. leg. suppressis.
§. 15. l. 11. l. 400000. §. 16. l. 5. l. Hispaniar. t. 6. l. aleret. l. 10. l. splen-
didū. Cap. 2. §. 2. l. 20. l. Pontificis. §. 5. lin. l. alteri ead. lin. l. im-
mediatè. lin. 5. leg. loca. lin. 11. leg. quinq; lin. 22. leg. lib. 1. cap.
3. §. 7. lin. 2. leg. occupati. lin. 6. l. Nova. §. 8. l. 6. leg. præscitu. §. 10.
l. penult. leg. tam. Cap. 3. §. 3. lin. 9. leg. Pontif. §. 12. lin. 22. l. bellum.
Si qua alia sunt, forsan levià, qua festinatio corrigentis oculus subdu-
xit, non dubito quin facili negotio præsertim si candor

B. L. accesserit, emendari possint

FINIS.

15. h. II, 49.
h. 7, 8.

PAT

IN.

M. JO

JOH

NIO.

MIA.

3222.

222.

II m
5967

